

D. D. *Adm. Hoff*

**SYSTEMA
MINERALOGICUM,
QUO
CORPORA MINERALIA**

**IN
CLASSES, ORDINES, GENERA ET SPECIES,
SUIS CUM VARIETATIBUS DIVISA,
DESCRIBUNTUR,**

ATQUE

**OBSERVATIONIBUS, EXPERIMENTIS
ET FIGURIS AENEIS ILLUSTRANTUR,**

Wallerius, Johan. Gottskalk, 1741-1765.

**JOHAN. GOTSCH. WALLERIO ✓
EQVITE ORDIN. REG. WASÆI,**

**CHEMIE, METALLURG. ET PHARMACEUT. PROFESS.
REG. ORD. ET EMER. UPS.**

**ACADEM. IMPER. NAT. CURIOS. NEC NON
RR. ACAD. STOCKH. ET UPS.**

MEMBRO.

TOM. II.

In quo

MINERÆ & CONCRETA describuntur.

Cum Indice quadruplici.

Editio nova & correctæ.

CUM PRIV. SER. ELECT. SAXONIÆ.

VIENNÆ,

EX OFFICINA KRAUSIANA, 1778.

Est pallide rubra, seu ad flavedinem inclinans; est eadem quæ gallice vocatur *ochre de rue*.

Obs. Huc, ni fallor, pertinet, quæ vocatur *rubrum indicum*, gallice *rouge d'Inde*, quæ est terra martialis.

(b) OCHRA FERRI RUBRA, colore obscuro.

Est pulverulenta, particulis durioribus constans; adhibetur ad polienda vitra; gallice vocatur *potee vel biauty*; Germani vocant *engtsch Roth*, alibi licet quam in Anglia reperiatur.

(c) OCHRA FERRI RUBRA; cretacea solida. RUBRICA.

Talcum subfissile rubrum inquinans. v. LINNÆ, 57. 3.

Vocatur hæc ochra, ab aliis, *creta rubra*, ab aliis *steatites ruber*, vulgari autem nomine *rubrica*; est parum indurata; aquam imbibit sed ab eadem non emollitur, tamen inquinans, pictoria, glabra, fortiter igni resistens & indurabilis, unde argillacea ejusdem indoles patet; *ferrum*, fusione debite instituta dat ad 70 imo 80 pro centenario; unde non perspicio, quæ ratione nonnulli eandem considerare voluerunt, ut *steatitem* terra martiali imprægnatum, quum ex hac quantitate ferri evidens sit hanc, esse meram terram martialem. *Dalecarlia. Flinschire in Anglia.*

Obs. 1 Probe hæc *rubrica* distingvenda a *creta rubra*, quam descripsimus inter *terras cretaceas*. Spec. 13. lit. a.

Obs. 2. *Rubedinem* suscipit terra martialis vel *calcinatione* in igne, vel *corrosione* successiva ab acido subtiliori vel aqvofo, ut a *croco martis artificiali* nec non a *ferrugine* patet. Hinc ochra rubra in *paludibus* martialibus exsiccatis interdum reperiri solet. Sed rubrum etiam colorem habet ferrum in mineris *hematiticis*, a quibus destructis, quum aliqua ochra rubra originem trahere possit, vel ex eodem fundamento, quo *hematites* suam rubedinem habet, non dubitamus.

23. FERRUM solutum, alkali præcipitatum & phlogisto junctum, caruleum. CÆRULEUM BEROLINENSE NATURALE.

Spec. 343.
Calx

Calx martis phlogisto juncta & alkali præcipitata. CRO-
STEDT 208. 9.

Sveth. NATURALIGIT BERLINER BLATT, BLA JERN-
OCHRA.

Galli BLEU DE PRUSSE NATURELLE. OCHRES DE
FER BLEUES.

Germ. NATÜRLICHES BERLINERBLAU. BLAUER EISEN-
OCKER.

Est terra martis colore fere *cæruleo*, pulverulenta, a
ferro soluto, præcipitato ab *alkali* cum materia inflamma-
bili combinato, ejusdem indolis cum *cæruleo Berolinensi ar-*
tificiali. Reperitur in *Uplandia argilla* adfixa; in *Finlan-*
dia & Scania humo adhærens. *Weissfels in Saxonia.* cfr.
Act. N. C. Vol. X, Obs. xxx.

Obs. Terra Schneebergensis a nonnullis vocatur cæruleum mon-
tanum, non dubito quia huc referatur: utpote cum acidis
effervescent, calcinatione rubens & fusione scorias præbens
nigras. Cfr. HENCKEL *Appropr.* p. 126. *Act. N. C. Vol.*
V. p. 325. POTT in Litbog. P. II. 126,

24. FERRUM a *minera ferri alba* (Spec. 336) *destructa,*
forma terrestri, fuscum. OCHRA FERRI FUSCA
Spec. 344.

Minera ferri alba pulverulenta nigra. CROSTEDT. 31.
Sveth BRUN JERNÖCKER
Gall. OCHRE BRUNE
Germ. BRAUNER EISENOCKER.

Originem habet a *minera ferri alba, calcarea.* Spec.
336 lit. a.) *destructa, quæ in aëre obscurum suscipit co-*
lorem; nonnullibi & a minera martis lacustri plerumque
fusco colore tineta; raro tamen cum acidis effervescit.

(a) OCHRA FERRI FUSCA, colore umbra.

Terræ umbræ hæc ad colorem similis, atque præ
eadem interdum dividitur; sed particularum duri-
ties, gravitas atque defectus odoris in igne, hanc